Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aliquam longam uiam confeceris quam
nobis ingrediendum sit · istud quo peruenisti uidere quale sit · C · faciam uero ut
potero Leli · Sepe enim interfui querelis
equalium meorum · pares autem cum paribus ueteri prouerbio facilime congregant
quas C Salinator itemq: Spurius Albinus
homines consulares nostri fere equales deplorare solebant · tum quidem d̄ uoluptatibus carerent · sine quibus uitam
nullam putarent · tum d̄ spernerentur
ab eis qbus essent coli soliti · q michi no
id uidebantur accusare quod esse accusandum · Nam si id culpa senectutis
accideret eadem michi usu euenirent
omnia · reliqsq: omnibus maioribus
natu · quorum ego multorum cognoui senectutem sine querela · q se laborum & libidinum uinculis · iam laxatos esse non moleste ferrent · nec a suis despicerent · Sed
omnium quoq: istiusmodi querelarum in
moribus est culpa · non in etate · Moderati